dicium fieri de iis debeat, qui eligi se, consecrarique permittunt ad illas ecclesias, quæ à suis adhuc reguntur atque administrantur episcopis, multis ante nos annis à S. Leone egregiè declaratum est: scribens enim *Juliano* episcopo *Cœnsi* adversus Theodosium quemdam, qui in sedem Juvenalis episcopis viventis invaserat, *qualis autem sit*, (inquit *cap. IV.*) *qui in locum episcopi viventis obrepsit, ex ipsâ qualitatè facti non potest dubitari, nec ambigendum est, eum esse perversum, quem impugnatores fidei dilexerunt.*

16. Et re quidem verâ quam meritò abhorruerit semper ecclesia ab illis, qui à laïcorum turbâ et colluvione eliguntur, quippe eodem, atque eligentes, falsarum opinionum morbo laborant, satis superque demonstrat delata per eundem tabellarium ad nos Pastoralis epistola, quam pseudo Episcopus *Expilly* ad imperitiorum deceptionem die 25 Februarii edendam curavit, non alio sanè consilio, nisi ut inconsutilem Christi vestem abscinderet. Hic enim primo juramentis, perjuriis scilicet, quibus se adstrinxit, commemoratis, omnia complectitur fundamenta

ment qu'on devoit porter de ceux qui se laissent nommer et sacrer évêques des églises qui sont encore gouvernées et administrées par leurs pasteurs. Dans une lettre adressée à Julien, évêque de Cos, au sujet d'un certain Théodose, qui s'étoit emparé du siège de l'évêque Juvénal encore vivant : *la nature même du fait*, dit-il, *ne laisse aucun doute sur le caractère de celui qui s'est glissé à la place d'un évêque vivant ; on peut, sans craindre de se tromper, regarder comme pervers et corrompu l'homme qui a obtenu les suffrages des ennemis de la religion.*

16. Si l'on veut connoître combien est juste l'horreur que l'église a toujours témoignée pour ceux qui sont élus dans des assemblées tumultueuses de laïques, à cause de l'attachement que l'élu témoigne ordinairement pour les opinions erronées des électeurs, il suffit de jeter les yeux sur la lettre pastorale qui nous a été apportée par le même courrier, et que le faux évêque d'Expilly a fait publier le 25 de février, pour tromper les ignorans, et dans l'intention sans doute de déchirer la robe de Jesus-Christ. En effet, après avoir d'abord rappellé les sermens, c'est-à-dire,

Gallicæ constitutionis, quam ferè de verbo ad verbum exscribit, et sententiis ipsius conventûs inhærens ad probandum aggreditur, per constitutionem hujusmodi nihil de dogmate detrahi, sed disciplinæ tantum meliorem formam induci, eamque ad priorum sæculorum puritatem converti in eâ præsertim parte, in quâ populo electiones, amoto clero, et Metropolitanis institutiones, consecrationesque redduntur, solis hoc loco *prioribus* Gallici conventus decretis in medium adductis. Utque melius fortasse fucum imperitioribus faciat, litteras memorat die 18 Novembris 1790, ad Nos datas, perinde ac si cum Apostolicâ hâc Sede Communione teneatur; deindeque ad singulos Diœcesis Ordines sermonem, convertens, hortatur, monetque omnes, ut se tamquam legitimum Pastorem excipiant, et Constitutionem ultro amplectantur.

17. Væ misero! Missis per Nos consultò iis,

les parjures par lesquels il s'est lié, il parcourt tous les principes de la constitution du clergé, il en cite presque mot à mot tous les articles; et, adhérant à tous les sentimens de l'Assemblée Nationale, il entreprend de prouver que cette constitution n'altère en rien le dogme, qu'elle réforme seulement la discipline et la rappelle à la pureté des premiers siècles, dans cette partie sur-tout, qui ôte au clergé les élections pour les rendre au peuple, et rétablit les métropolitains dans le droit d'instituer et de sacrer les évêques. L'Auteur de la lettre a soin de ne rapporter en cet endroit, que les premiers décrets de l'Assemblée Nationale. Pour en imposer peut-être plus facilement aux lecteurs simples et crédules, il fait mention de la lettre qu'il nous a écrite le 18 novembre 1790, comme s'il étoit réellement dans la communion du saint siège apostolique. Adressant ensuite la parole à chacun des ordres de son diocèse, il les engage et les exhorte tous à le reconnoître pour leur légitime pasteur, et à s'attacher avec zèle à la constitution.

17. Quel déplorable égarement! car pour

quæ ad Civilè Regimen pertinent, quâ ille temeritate defendendam suscipit Constitutionem, super Eccleasticis rebus versantem, quam omnes ferè Gallicanæ Ecclesiæ Episcopi, aliique plures Ecclesiastici Viri improbarunt, ac refutarunt, uti Dogmati adversantem, et à communi Disciplinâ abhorrentem, præsertim in Electionibus, et Consecrationibus Episcoporum? Hanc sane veritatem, quæ incurrit in oculos, ne ipse quidem dissimulare potuisset, aut obtegère, nisi datâ operâ præteriisset silentio, quæ *postremò* in Conventu Gallicano absurdiora decreta prodierunt: ista enim præter alias improbitates eò progressa etiam sunt, ut jus instituendi, confirmandique tribuerent cuicumque Episcopo pro directorii arbitrio, ac voluntate.

18. Perlegat infelix iste, qui adeò longe in viâ perditionis processit, Nostram ad Episcopos Galliarum Responsionem, quâ omnium suæ Epistolæ errorum monstra præviâ confutatione prostravimus, et quam odit veritatem, in singulis Articulis manifeste elucentem deprehendet. Sciat interea, se sibi ipsi sententiam dixisse. Si enim

ne point parler ici de ce qui concerne le gouvernement civil du Royaume, quelle est sa témérité d'entreprendre l'apologie des opérations relatives au clergé, que presque tous les évêques de France et une foule d'autres ecclésiatiques ont condamnée et combattue, comme contraire au dogme, et destructive de la discipline, sur-tout par rapport aux élections et institutions des évêques? Lui-même n'auroit pas pu dissimuler et déguiser cette vérité qu'il est impossible de ne pas saisir au premier coup-d'œil, s'il n'eût omis à dessein les décrets plus étonnans encore que l'Assemblée a portés en dernier lieu sur cet objet; car parmi les autres vices qu'ils renferment, on remarque sur-tout la témérité avec laquelle ils attribuent à tout évêque choisi par le directoire le droit de donner l'institution canonique.

18. Qu'il lise, ce malheureux, qui a fait tant de progrès dans les voies de l'iniquité! qu'il lise notre réponse aux évêques de France, dans laquelle nous avons combattu et pulvérisé d'avance les erreurs monstrueuses dont sa lettre est remplie : il y verra briller dans chaque article, cette vérité qu'il tremble d'appercevoir! Qu'il

verum est, juxta veterem Disciplinam, *ex Canone Nicæno* quem is in medium adducit, profluentem, opus omninò esse, ut electus ad legitimum titulum nanciscendum per Metropolitanum suum confirmaretur; quod quidem Metropolitanorum jus à Sedis Apostolicæ jure manabat; qui fieri poterit, ut canonicè, et legitimè immissum se putet *Expilly*, dum Consecrationem suam non Archiepiscopo Turonensi, cujus suffraganea est Corisopitensis Ecclesia, sed aliis Episcopis referre debet acceptam? Hi enim cum ad alienas provincias pertineant, si sacrilego ausu Ordinem potuerunt eidem conferre, nequiverunt profecto Jurisdictionem tribuere, quâ ipsi quoque juxta omnium ætatum Disciplinam destituuntur omninò. Hæc porrò Jurisdictionis conferendæ potestas ex novâ Disciplinâ à pluribus Sæculis jam receptâ à conciliis Generalibus, et ab ipsis Concordatis confirmata, ne ad Metropolitanos quidem potest ullo modo attinere, utpote quæ illuc reversa, unde discesserat, unicè residet penes Apostolicam Sedem; ita ut hodie *Romanus Pontifex ex numeris sui officio Pastores singulis ecclesiis*

sache

sache en attendant qu'il a prononcé lui-même son arrêt ; car si d'après le canon du concile de Nicée qu'il cite, il est vrai que l'évéque élu ne peut, suivant l'ancienne discipline, avoir un titre légitime qu'en recevant l'institution du métropolitain, qui, lui-même, ne possède ce privilége que comme une émanation des droits du S. siége apostolique, est-il possible que M. d'Expilly s'imagine avoir une mission légitime et canonique, puisqu'il doit son institution, non pas à l'archevêque de Tours, dont l'évêché de Quimper est suffragant, mais à d'autres évêques. Si ces évêques étrangers à sa métropole ont eu l'audace sacrilége de lui imprimer le caractère épiscopal, ils n'ont pu du moins l'investir d'une juridiction qu'ils n'ont pas eux-mêmes d'après la discipline de tous les temps. Ce pouvoir de conférer la jurisdiction suivant la nouvelle discipline en usage depuis plusieurs siècles, confirmée par les conciles généraux et même par les concordats, n'appartient pas même aux métropolitains, il est retourné à la source d'où il étoit parti, et réside uniquement dans le siége apostolique ; c'est aujourd'hui *le pontife romain qui, en vertu de sa dignité, peut seul donner des évêques aux églises :* ce sont les termes du

præficiat--, ut verbis utamur Concilii Tridentini *Seſſ.* 24, *Cap.* 1, *de reform.*, adeoque legitima Conſecratio nulla fiat in Eccleſiâ Catholicâ univerſâ, niſi ex Apoſtolicæ Sedis mandato.

19. Tantum vero abeſt, ut litteræ ad Nos datæ eum adjuvent, ut magis reum efficiant, & nequeant Schiſmaticam notam effugere. Illæ enim nonniſi ſimulatam quamdam imaginem præſeferentes Communionis nobiſcum ineundæ, ne verbum quidem faciunt de Confirmatione per Nos obtinenda, & illegitimam tantum Nobis electionem ſignificant, ut gallicanorum Decretorum verba jubebant. Hinc Nos Deceſſorum Noſtrorum exempla ſecuti minimè illis duximus reſcribendum, ſed feriò illum commonefieri mandavimus, ne ulterius progredi niteretur, quemadmodum ſperabamus futurum. Etenim fuit etiam hâc de re ab Rhedonenſi Epiſcopo ſponte monitus, dum is, quam ſibi enixè flagitabat, inſtitutionem, confirmationemque negavit. Quapropter loco illum ſuſcipiendi tanquam paſtorem, debet populus cum horrore tanquam invaſorem rejicere : invaſorem inquimus, qui quam veritatem agnoſcere debebat, profiteri neglexit, qui mentito abuti cœpit Paſtoris officio, qui deniquè eò arrogantiæ devenit, ut in fine paſtoralis Epiſ-

concile de Trente, *seff. 24, cap. 1, de réf.* Ainsi, dans l'églife catholique, il ne peut y avoir d'inftitution légitime que celle qui eft conférée par le fiége apoftolique.

19. Bien loin que la lettre qu'il nous a écrite puiffe lui fervir d'excufe, elle le rend au contraire plus coupable; c'eft évidemment la lettre d'un fchifmatique. Le defir qu'il affecte de participer à notre communion, n'eft qu'un artifice groffier, car il ne dit pas un mot de l'inftitution qu'il devoit nous demander, & fe contente de nous donner avis de fon élection irrégulière, comme les décrets de l'Affemblée le lui recommandent : voilà pourquoi, à l'exemple de nos prédéceffeurs, nous n'avons pas jugé à propos de lui répondre, mais nous l'avons fait avertir férieufement de ne pas pouffer plus avant fes criminelles prétentions, & nous efpérions qu'il auroit été docile à notre voix. L'évêque de Rennes, de fon côté, lui a donné auffi les mêmes avis, en lui refufant la confécration & l'inftitution qu'il follicitoit avec inftance. Ainfi, le peuple de fon diocèfe, au lieu de le recevoir comme un pafteur, doit le rejeter avec horreur comme un ufurpateur. Oui, comme un ufurpateur, puifqu'il a volontairement fermé les yeux à la vérité qu'on lui préfentoit, puifqu'il a abufé d'un faux titre pour exercer un miniftère qui ne lui appartenoit pas, puifqu'enfin

tolæ quadragesimale Ecclesiastici præcepti vinculum laxare non dubitaverit, ita ut — *Imitator Diaboli fuerit, & in veritate non steterit, malè utens specie pervasi honoris, & nominis* -- ; quemadmodum de simili invasore à S. Leone Magno dictum est scribente *ad quosdam Ægypti Episcopos.*

20. Videntes itaquè Nos ex multiplici tot criminum serie, per Galliarum Regnum tam benè de Religione meritum, & adeò Nobis carum, magis magisque Schisma invehi, atque amplificari, videntesque hanc ipsam ob causam novos in dies tam primi, quâm secundi ordinis Pastores undiquè eligi, & Ministros legitimos de suo loco dejici atque exturbari, eorumque vice rapaces lupos subrogari, non possumus equidem tam lacrimabili rerum aspectu non commoveri. Ut igitur gliscenti Schismati primo quoque tempore obicem opponamus, ut ad officia revocentur errantes, ut boni persistent in proposito, utque Religio in florentissimo isto Regno servetur, Nos consiliis inhærentes Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & votis obsecundantes totius Episcopalis cœtus Ecclesiæ Gallicanæ, Nostrorumque Prædecessorum exempla imitantes, Apostolica, qua utimur, potestate tenore præsentium in primis edicimus, ut quotquot sunt S. R. E.

il a pouſſé l'arrogance à la fin de ſa lettre paſtorale, juſqu'à diſpenſer les fidèles de l'obſervation rigoureuſe de la loi du carême. On peut donc lui appliquer ce que S. Léon le grand, écrivant à quelques évêques d'Egypte, diſoit d'un ſemblable uſurpateur. *Imitateur de Satan, il s'eſt écarté de la vérité, & il a abuſé de l'apparence d'une fauſſe dignité & d'un titre impoſteur.*

20. Conſidérant donc cette ſuite de crimes qui établiſſent de plus en plus le ſchiſme dans le royaume de France que les ſervices importans qu'il a rendus à la religion, nous rendent ſi cher : voyant que chaque jour on fait de toute part des élections de miniſtres du premier & du ſecond ordre ; que les paſteurs légitimes ſont arrachés & chaſſés de leur ſiége, qu'on introduit à leur place des loups dévorans, nous avons été vivement touchés d'un ſpectacle auſſi déplorable. Afin donc d'oppoſer promptement une digue aux progrès du ſchiſme, pour rappeler au devoir ceux qui s'en ſont écartés, & conſerver la religion dans un royaume auſſi floriſſant ; d'après les conſeils de nos vénérables frères, les cardinaux de la ſainte égliſe romaine, d'après le vœu du corps des évêques de France, & l'exemple de nos prédéceſſeurs, en vertu du pouvoir apoſtolique dont nous ſommes revêtus, nous ordonnons par ces préſentes à tous cardinaux,

Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Vicarii, Canonici, Parochi, Presbyteri, cunctique Eccleſiaſtiæ militiæ adſcripti, ſive Sæculares, ſive Regulares, qui *Civicum juramentum* purè, & ſimpliciter, prout à Conventu Nationali præſcriptum fuit, emiſerunt, errorum omnium venenatum fontem, & originem, Catholicæque Gallicanæ Eccleſiæ mœroris præcipuam cauſam, niſi intra quadraginta dies, ab hac die numerandos, hujuſmodi juramentum retractaverint, à cujuſcumque Ordinis exercitio *ſint ſuſpenſi*, & irregularitati obnoxii, ſi ordines exercuerint.

21. Inſuper peculiariter declaramus, *Electiones* prædictorum *Expilly, Marolles, Saurine, Maſſieu, Lindet, Laurent, Heraudin* & *Gobel* in Epiſcopos *Coriſopitenſem, Sueſſionenſem, Aquenſem, Bellovacenſem, Ebroicenſem, Molinenſem, Caſtri Ruſi* & *Pariſienſem* illegitimas, ſacrilegas & prorſus nullas fuiſſe, & eſſe, prout eas reſcendimus, delemus, abrogamus una cum aſſertorum Epiſcopatuum *Molinenſis, Caſtri Ruſi*, & aliorum nova erectione.

22. Declaramus item ac decernimus, nefarias eorumdem *Conſecrationes* fuiſſe, & eſſe omninò illicitas, illegitimas, ſacrilegas, & factas contra

archevêques, évêques, abbés, vicaires, chanoines, curés, prêtres, en un mot, à tous ecclésiastiques séculiers ou réguliers, qui auroient prêté le serment civique, purement & simplement tel qu'il a été prescrit par l'assemblée nationale, serment qui est une source empoisonnée de toutes sortes d'erreurs, & la principale cause des maux qui affligent l'église de France, autrefois si célèbre par sa catholicité, de se rétracter dans l'espace de quarante jours, à compter du 13 avril 1791. Ceux qui, dans cet intervalle, n'auront pas fait leur rétractation, sont suspens de toutes les fonctions de leur ordre; & s'ils les exercent, ils encourent l'irrégularité.

21. Nous déclarons en outre spécialement que les nominations des susdits *Expilly*, *Marolle*, *Saurine*, *Maffieu*, *Lindet*, *Laurent*, *Héraudin* & *Gobel*, aux siéges de Quimper, Soissons, Acqs, Beauvais, Evreux, Moulins, Châteauroux & Paris, ont été & sont illicites, illégitimes, sacriléges, & contraires aux saints canons; nous les cassons, annullons, abrogeons, de même que l'érection des deux nouveaux évêchés de Moulins & de Châteauroux, & toutes les autres érections de cette espèce.

22. Nous déclarons également que les consécrations des susdits ont été & sont illicites, illégitimes, sacriléges, contraires aux saints canons, &

Sanctorum Canonum Sanctiones ; ac proinde eosdem temerè, nulloque jure electos omni Ecclesiastica, & spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque illicitè consecratos ab omni exercitio Episcopalis Ordinis *esse suspensos.*

23. Pariter déclaramus *suspensos esse* ab omni exercitio Episcopalis Ordinis *Carolum Episcopum Augustodunensem, Joannem Baptistam Episcopum Babylonis & Joannem-Josephum Episcopum Liddæ* sacrilegos Consecratores, seu Adsistentes, & suspensos pariter esse ab exercitio sacerdotalis, seu cujuscumque alterius Ordinis eos omnes, qui in execrandi hujusmodi Consecrationibus *opem, operam, consensum* & *consilium* præstiterunt.

24 Mandamus propterea, districtèque interdicimus memorato *Expilly*, aliisque perperam electis, & illicitè consecratis sub eadem *suspensionis pœna*, ne audeant Episcopalem Jurisdictionem, aliamve ullam pro Animarum regimine auctoritatem, quam numquam sunt consecuti, sibi arrogare, vel pro suscipiendis Ordinibus dimissorias litteras dare, Pastores, Vicarios, Missionarios, Deservitores, Functionarios, Ministros, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis prætextu, constituere, deputare, ac confirmare, nec non alia agere,

à raiſon de ce qu'ils ont été élus témérairement & ſans aucun droit, nous les déclarons privés de toute juriſdiction eccléſiaſtique & ſpirituelle pour la conduite des ames ; & *ſuſpens* de toutes les fonctions épiſcopales pour s'être laiſſés illicitement conſacrer.

23. Nous déclarons auſſi ſuſpens de toutes fonctions épiſcopales, Charles, évêque d'Autun ; Jean-Baptiſte, évêque de Babylone ; Jean-Joſeph, évêque de Lydda, conſécrateurs ou aſſiſtans ſacriléges, & de même ſuſpens des fonctions ſacerdotales ou de quelqu'autre ordre que ce ſoit, ceux qui ont prêté leur concours, leur conſentement ou leur conſeil à ces exécrables conſécrations.

24. C'eſt pourquoi nous défendons expreſſément au ſuſdit *Expilly* & aux autres irrégulièrement élus & illicitement conſacrés, ſous la même peine de *ſuſpenſe*, de ſe permettre aucun acte de la juriſdiction épiſcopale, qui ne leur a jamais été conférée, de s'arroger aucune autorité pour le gouvernement des ames, de donner des dimiſſoires pour prendre les ordres, de commettre, établir ou inſtituer des paſteurs, des vicaires, des miſſionnaires, des déſervans, des fonctionnaires, des miniſtres, ou autres prépoſés à la conduite des ames & à l'adminiſtration des ſacremens, ſous quelque nom & ſous quelque

decernere, & conſtituere, ſive *ſcorſim*, ſive conjunctim in modum *Conciliabuli* in rebus ad Eccleſiaſticam Juriſdictionem pertinentibus; declarantes, ac palàm edicentes, tam litteras dimiſſoriales, & deputationes, ſeu confirmationes, ſi quæ datæ; factæque ſint, aut in poſterum dari, fierique contingat, quàm alia acta omnia, quæ temerario auſu fierent cum omnibus inde ſecutis irrita prorſus eſſe, ac nullius roboris, & momenti.

25. Æquè mandamus, & ſub ſimili *ſuſpenſionis pœnâ* inhibemus tam Conſecratis quàm Conſecratoribus prædictis, ne audeant illicitè Sacramentum Confirmationis, aut Ordines conferre, vel quocumque modo Ordinem Epiſcopalem, à quo ſuſpenſi ſunt, exercere; ac proinde qui ab ipſis fuerint Eccleſiaſticis Ordinibus initiati, noverint ſuſpenſionis vinculo ſe obſtrictos, & ſi ſuſceptos Ordines exercuerint, irregularitati etiam fore obnoxios.

26. Ad præcavenda autem majora mala, tenore & auctoritate paribus decernimus, & declaramus, *alias omnes Electiones*, ad Galliarum Eccleſias Cathedrales, & Parochiales, cum vacuas, tum multo magis plenas, cum veteris, tum fortius novæ & illigitimæ erectionis; ad formam memoratæ

prétexte que ce soit, même dans le cas de nécessité, de faire, d'ordonner, de régler, soit séparément, soit conjointement en forme de *conciliabule*, aucune des choses relatives à la jurisdiction ecclésiastique, voulant & ordonnant que les dimissoires, nominations, institutions qui auroient été donnés ou faits, ou pourroient l'être à l'avenir, ainsi que tous les actes ou entreprises téméraires, & tous les effets qui pourroient s'en suivre, soient regardés comme nuls & sans valeur.

25. Recommandons également, & défendons sous la même peine de suspense, tant aux instituans, qu'aux institués de ne pas oser administrer le sacrement de confirmation, conférer les ordres, ou exercer de quelque manière que ce soit les fonctions épiscopales dont ils sont suspens, en conséquence nous avertissons ceux qui auroient reçu d'eux les ordres, qu'ils sont eux-mêmes suspens, & s'ils en exercent les fonctions, qu'ils encourent l'irrégularité.

26. Pour éviter de plus grands maux, nous ordonnons dans les mêmes termes, & en vertu de la même autorité, que toutes les autres élections faites par les électeurs des départemens ou des districts, dans les formes prescrites par la susdite constitution du clergé, pour les églises cathédrales, ou les cures de France, tant d'ancienne que de nouvelle & illégitime érection;

Conſtitutionis Cleri à Municipalium Diſtrictuum Electoribus uſquemodo peractas, quas volumus pro expreſſis haberi, & quotquot peragentur, irritas, illegitimas; ſacrilegas, & prorſus nullas fuiſſe; eſſe, & fore, eaſque per præſentes; & nunc pro tunc reſcindimus, delemus, abrogamus; Declarantes idcircò, eoſdem perperam nulloque jure electos, alioſque ſimili modo eligendos ad Eccleſias tam Cathedrales, quàm Parochiales omni Eccleſiaſtica, & ſpirituali Juriſdictione pro animarum regimine carere, atque Epiſcopos illicitè hactenus conſecratos, quos pariter pro nominatis haberi volumus, & in poſterum conſecrandos ab omni exercitio Epiſcopalis Ordinis, & Parochos nulliter inſtitutos, & inſtituendos à Sacerdotali miniſterio eſſe, & fore ſuſpenſos; adeoque diſtricte interdicimus tam electis, & forſan eligendis in Epiſcopos, ne à quocumque ſive Métropolitano, ſive Epiſcopo Ordinem, ſeu conſecrationem Epiſcopalem ſuſcipere audeant, quam ipſis pſeudo-Epiſcopis, eorumque ſacrilegis Conſecratoribus, & aliis omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ne eoſdem fruſtra electos & eligendos, conſecrare quovis ſub prætextu, & colore præſumant; præcipientes inſuper dictis electis, & eligendis ſive in Epiſcopos, ſive in Parochos, ne ullo modo ſe pro Archiepiſcopis, ſive Epiſcopis, ſive Parochis, ſeu Vica-

quand même lesdites places seroient vacantes, & à plus forte raison, si elles sont occupées, ainsi que les élections qui pourroient être faites par la suite soient réputées pour toujours nulles, illégitimes & sacriléges, sans qu'il soit nécessaire de les dénommer expressément. En conséquence, nous les cassons, annullons, abrogeons par ces présentes; déclarant, en outre, que ces sujets élus irrégulièrement & sans aucun droit, & tous ceux qu'on élira par la suite aux évêchés & aux cures, sont privés de toute jurisdiction ecclésiastique & spirituelle pour le gouvernement des ames, que les évêques illicitement consacrés jusqu'ici, & qui le seront par la suite, demeurent & demeureront, sans qu'il soit également nécessaire de les dénoncer nommément, suspens des fonctions épiscopales, & de même les curés illégalement institués ou qui le seront par la suite, suspens des fonctions sacerdotales, & en conséquence faisons défenses très-expresses à ceux qui sont élus évêques ou qui pourront l'être par la suite, d'oser recevoir l'ordre & la consécration épiscopale d'aucun métropolitain ni d'aucun évêque; défendons également à ces faux évêques & à leurs sacriléges consécrateurs, & à tous les autres archevêques & évêques, d'entreprendre, sous quelque titre ou prétexte que ce soit, de consacrer ceux qui sont ou seront irrégulière-

riis gerant, aut cujufvis Cathedralis, five Parochialis Ecclefiæ titulo fe nominent, & ne jurifdictionem ullam, proque animarum regimine auctoritatem, facultatemque fibi arrogent *fub pœna fufpenfionis, & nullitatis*, à qua quidem fufpenfionis pœna nemo ex hactenus nominatis poterit unquam liberari, nifi per Nos ipfos, aut per eos, quos Apoftolica Sedes delegarit.

27. Qua majori uti Nobis licuit benignitate declaravimus huc ufque Canonicas pœnas inflictas, ut mala hactenus perpetrata emendentur, utque imposterum, ne latius dimanent, impediatur. Nos enim in Domino confidimus futurum, ut Confecrantes, ut tam Cathedralium, quam Parochialium Ecclefiarum invafores, ut Auctores, fautorefque omnes prædictæ, Conftitutionis fuum agnofcant errorem, ac pœnitentiâ ducti ad Ovile regrediantur, unde non fine machinatione, & infidiis avulfi funt. Eos itaque nos paternis verbis compellantes hortamur etiam atque etiam, obfecramus in Domino, ut à minifterio fe abdicent, ut à perditionis viâ,

ment élus ; défendant, de plus, à tous ceux qui ſont ou ſeront nommés à des évêchés ou à des cures, de jamais ſe porter pour archevêques, évêques, curés, vicaires, & de joindre à leur nom le titre d'aucune égliſe cathédrale ou curiale, de s'attribuer aucune juriſdiction, autorité ou pouvoir pour le gouvernement des ames, ſous peine de *ſuſpenſe & de nullité ;* de laquelle peine les ſuſdits ne pourront être relevés que par nous ou par ceux qui auront été commis par nous à cet effet.

27. Dans le choix des peines canoniques que nous venons de prononcer contre les coupables, nous avons uſé de toute l'indulgence que nous pouvions nous permettre; nous flattant de l'eſpoir de remédier par ce moyen au mal qui eſt déja fait, & d'empêcher qu'à l'avenir il ne faſſe de plus grands progrès. Pleins de confiance dans le Seigneur, nous aimons à croire que les conſécrateurs de faux évêques, les uſurpateurs d'égliſes, ſoit cathédrales, ſoit curiales, que tous les auteurs & fauteurs de cette conſtitution du clergé, reconnoîtront leur erreur, & qu'un repentir ſincère les ramènera au bercail, dont l'intrigue & la ſéduction les avoient arrachés. Nous tenons donc à ces enfans égarés le langage d'un père, nous les prions, nous les conjurons au nom du Seigneur d'abdiquer un miniſtère réprouvé, de re-

in quam ſe dederunt præcipites, pedem referant; ut nunquam committant, per homines philoſophia ſæculi hujus imbutos ea in vulgus diffundi doctrinarum monſtra, quæ Chriſti inſtitutioni, traditionique Patrum, & Eccleſiæ regulis adverſantur. Quandoquidem ſi fiet unquam, ut Noſter hic mitis agendi modus, & noſtræ paternæ monitiones, quod Deus avertat, in irritum ſint recaſuræ; ſciant Noſtræ mentis non eſſe, illos à gravioribus iis pœnis liberare, quibus per Canones ſubjiciuntur; ſibique certò perſuadeant, ſe per Nos anathemati ſubjectum iri, Noſque illos anathemate perculſos Eccleſiæ univerſæ denunciaturos, tanquam Schiſmaticos; à Communione Eccleſiæ, Noſtrâque ſegregatos, Maxime enim conveniens eſt.— *Ut quiſquis in inſipientia ſua luto jacere delegerit, Statuta permaneant, & cum eis habeat ſortem, quorum eſt ſecutus errorem* —; ita nos edocente M. Leone Prædeceſſore noſtro in epiſtola *ad Julianum Epiſcopum Coenſem.*

28. Vos nunc alloquimur, ven. Fratres, qui, paucis exceptis, veſtrorum erga gregem officiorum munera probè agnoviſtis, eaque, humanis rationibus ſepoſitis, palam profeſſi eſtis, ibique curas, ac labores majores impendi oportere exiſtimaſtis, ubi majora pericula ingruebant; Vobiſque aptamus elogium, quo laudatus Leo magnus cumulavit

tirer leur pied de l'abîme où il s'eſt enfoncé, & de ne pas ſouffrir que des hommes imbus de la philoſophie du ſiècle répandent dans le public une doctrine monſtrueuſe contraire aux préceptes de Jéſus-Chriſt, à la tradition des pères, & aux règles de l'égliſe. Mais ſi notre douceur, ſi nos avis paternels ne produiſent aucun fruit, malheur que je prie le ciel de détourner, qu'ils ſachent que notre intention eſt de leur infliger les peines beaucoup plus graves preſcrites par les canons; qu'ils ſoient bien perſuadés que nous lancerons contr'eux l'anathême, & que nous les dénoncerons à l'égliſe univerſelle comme ſchiſmatiques, retranchés du ſein de l'égliſe, & privés de notre communion; car *il eſt juſte que celui qui a choiſi de croupir dans la fange de ſa folie, éprouve toute la rigueur des loix, & ſubiſſe le ſort de ceux dont il a ſuivi les erreurs*. C'eſt ainſi que s'exprime Saint-Léon, l'un de nos prédéceſſeurs, dans ſa lettre à Julien, évêque de Coa.

28. C'eſt à vous maintenant que nous adreſſons la parole, vénérables frères, qui tous, à l'exception d'un très-petit nombre, avez ſi bien connu vos devoirs envers votre troupeau, qui, foulant aux pieds tous les intérêts humains, avez fait une profeſſion publique de la ſaine doctrine, & qui avez jugé que vos ſoins & vos travaux

Epiſcopos ex Ægypto Catholicos apud Conſtantinopolim conſtitutos — Licet laboribus dilectionis veſtræ, quos pro obſervantia Catholicæ Fidei ſuſcepiſtis toto corde compatiar, & ea, quæ vobis ab hæreticis illata ſunt, non aliter accipiam, quam ſi ipſe pertulerim, intelligo tamen magis eſſe gaudii, quam mœroris, quod confortante Vos Domino Jeſu Chriſto, in Evangelicâ Apoſtolicâque doctrinâ inſuperabiles perſtitiſtis. Et cum vos inimici Fidei Chriſtianæ ab Eccleſiarum Sede divellerent, maluiſtis peregrinationis injuriam pati, quam ulla impietatis ipſorum contagione violari —. Equidem Vos intuentes non poſſumus conſolatione non affici, Voſque, ut in propoſito perſtetis, non vehementer hortari. Ad memoriam itaque veſtram revocamus ſpiritualis illius conjugii nexum, quo Eccleſiis veſtris adſtricti eſtis, quodque nonniſi morte, aut Apoſtolicâ noſtrâ poteſt auctoritate juxta Canonicam formam diſſolvi; iis ergo adhæreſcite, neque illas unquam derelinquite luporum rapacium arbitrio, adverſus quorum inſidias vos jam ſancto ardore æſtuantes & vocem extuliſtis, & legitimæ autoritatis munia obire non dubitaſtis.

29. Ad vos deinde ſermonem convertimus, Dilecti Filii, ſpectabilium Capitulorum Canonici, qui veſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis ita ut decet, ſubjecti, quique tanquam plura membra cum ca-

devoient être proportionnés à la grandeur du péril. Nous vous appliquons l'éloge que donna autrefois le grand S. Léon aux évêques catholiques d'Egypte réfugiés à Conſtantinople. *Quoique nous compatiſſions de tout notre cœur aux maux que vous avez ſoufferts pour la défenſe de la religion catholique, quoique les outrages que vous avez eſſuyés de la part des hérétiques nous ſoient auſſi ſenſibles que ſi nous en avions été nous-mêmes l'objet, nous ſentons cependant qu'il faut plutôt vous féliciter que vous plaindre, puiſqu'avec le ſecours de notre ſeigneur Jéſus-Chriſt, vous êtes reſtés fermes & inebranlables dans la doctrine de l'évangile; & chaſſés de vos égliſes par les ennemis de la foi, vous avez preféré les fatigues d'un long voyage au danger d'être ſouillés par la contagion de l'impiété.* Le ſpectacle de votre vertu eſt pour nous une conſolation bien douce, & nous vous exhortons inſtamment à perſiſter dans vos généreuſes réſolutions. Retracez-vous ſans ceſſe les liens ſacrés du mariage ſpirituel qui vous unit à vos égliſes, & qui ne peuvent être rompus que par la mort ou par notre autorité apoſtolique, ſuivant les formes que preſcrivent les canons. Reſtez-y donc inviolablement attachés; ne les abandonnez jamais à la merci des loups dévorans, puiſqu'enflammés d'une ſainte ardeur, vous avez déja élevé la voix contre leurs brigandages, puiſque vous avez eu le courage d'employer contre eux les droits d'une autorité légitime.

29. Et vous nos chers fils, chanoines des vénérables chapitres de France, vous qui ſoumis, comme il convient, à vos archevêques & évêques, étroitement unis à votre chef, ne formez avec lui qu'un

pite colligata unum Ecclesiasticum Corpus efficitis, quod à Civili nequit potestate solvi, aut everti. Vos itidem, qui tantâ cum laude, estis egregia vestrorum Præsulum exempla secuti, à rectâ, in quâ inceditis, viâ nunquam deflectite, nec unquam item committite, ut quisquam mentitis exuviis Episcoporum, aut Vicariorum indutus, Regimen vestrarum Ecclesiarum arripiat. Illæ enim, si suo Pastore viduatæ remaneant, ad Vos unice pertinebunt, quidquid contra Vos frustra novæ quædam molitiones effecerint. Una ergo animorum, & consiliorum conjunctione omnem à vobis invasionem & Schisma, quàm longissime potestis, arcete.

30. Vos etiam affamur, Dilecti filii, Parochi & Pastores secundi ordinis, qui & plurimi numero, & virtute constantes vestro munere estis perfuncti, illorum ex vestris Collegis omnino dissimiles, qui aut infirmitate devicti, aut ambitionis æstu correpti manciparunt errori, quique per Nos moniti, mature, ut speramus, ad officia convolabunt. Fortes incœpto operi insistite, ac mementote quam à vestris legitimis Episcopis institutionem accepistis, nonnisi ab iisdem adimi vobis posse; ita ut licet per Civilem potestatem è gradu vestro dejecti, & expulsi, semper futuri sitis Pastores legitimi, vestro munere adstricti; quantum in Vobis erit, ad fures arcendos, qui in vestrum locum subingredi enituntur non alio consilio, nisi ut animas perdant vestræ curæ concreditas, & de quarum salute eritis rationem reddituri.

31. Vos item alloquimur, Dilecti Filii, Sacerdotes aliique Gallicani Cleri ministri, qui in sortem

ſeul corps eccléſiaſtique qu'aucune puiſſance civile ne peut diſſoudre ni renverſer ; vous qui avez marché avec tant de gloire ſur les traces illuſtres de vos prélats, ne vous détournez jamais, nous vous en conjurons, du droit chemin où vous êtes entrés ; ne ſouffrez jamais qu'aucun intrus, revêtu de la dépouille trompeuſe des évêques & des vicaires, s'empare du gouvernement de vos égliſes ; veuves de leurs paſteurs, c'eſt à vous d'en prendre ſoin ; c'eſt à vous à braver pour elles les nouvelles perſécutions que vous prépare en vain l'impiété : n'ayez tous qu'un eſprit & qu'une ame ; & que vos efforts réunis repouſſent loin de vous toute eſpèce d'invaſion & de ſchiſme.

30. Reconnoiſſez auſſi notre voix, nos chers fils, curés & paſteurs du ſecond ordre, vous qui diſtingués par votre nombre & par votre courage, êtes reſtés fidèles à vos devoirs, bien différens de ceux de vos collègues qui ſe ſont laiſſé vaincre par foibleſſe, ſéduire par ambition ; mais qui dociles à nos avis, comme nous l'eſpérons, vont bientôt abjurer leur erreur, & rentrer dans les ſentiers de la religion. Continuez l'ouvrage ſi glorieuſement commencé ; ſouvenez-vous que vos évêques légitimes peuvent ſeuls vous ôter l'inſtitution qu'ils vous ont donnée ; que dépouillés de vos fonctions, chaſſés de vos paroiſſes par la puiſſance civile, vous êtes cependant toujours les vrais paſteurs ; que le devoir vous preſcrit d'écarter, autant qu'il vous ſera poſſible, les brigands qui s'efforcent de s'introduire à votre place, avec l'intention de perdre les ames confiées à vos ſoins, & du ſalut deſquelles vous répondrez un jour.

31. Vous prêtres & autres miniſtres du clergé de France, vous qui, appelés au partage du ſei-

Domini vocati debetis vestris legitimis Pastoribus adhærere, & esse in Fide, ac Doctrina constantes; quibus nihil esse debet antiquius, quàm ut sacrilegos invasores vitetis, ac reprobetis.

32. Vos tandem in Domino obtestamur, Dilecti Filii, Catholici, qui in Regno Galliarum estis universi, vobisque religionem, ac fidem Patrum vestrorum commemorantes intimo cordis affectu suademus, ne ab illa secedatis, quippe quæ una est ac vera Religio, quæ & vitam æternam largitur, & civiles etiam societates sospitat, atque fortunat. Cavete diligenter, ne aures præbeatis insidiosis vocibus philisophiæ sæculi hujus, quæ mortem parant; & invasores omnes, sive Archiepiscopi, sive Parochi appellentur, ita devitate, ut nihil cum illis sit vobis commune, præsertim in Divinis, auscultantes assiduè legitimorum voces Pastorum, qui vivunt adhuc, quique vobis canonicè præficientur imposterum; uno denique verbo Nobis adærete; nemo enim in Ecclesia Christi potest esse, nisi Capiti ipsius visibili uniatur, & in Cathedra Petri solidetur. Utque omnes vehementius ad sua munera obeunda excitentur; Nos à Patre cœlesti spiritum consilii, veritatis, & constantiæ in vos implorantes, in paternæ dilectionis pignus; vobis, Dilecti Filii Nostri, venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum, die decima tertia Aprilis MDCCXCI. Pontificatûs Nostri Anno Decimo Septimo.

PIUS QUI SUPRA.

gneur, devez rester inviolablement attachés à vos légitimes pasteurs, à la foi & à la doctrine de l'église, & qui êtes obligés de faire tous vos efforts, pour éviter & repousser des usurpateurs sacriléges.

32. Vous tous enfin catholiques, répandus sur la surface du royaume de France, nous vous exhortons dans l'effusion de notre cœur, à vous rappeler le culte & la foi de vos pères, à lui rester fidèles, puisque la religion est le premier & le plus grand des biens, puisque cette religion qui nous procure une éternelle félicité dans le ciel, est encore sur la terre, le seul moyen d'assurer le salut des empires & le bonheur de la société civile. Gardez-vous de prêter l'oreille aux discours trompeurs des philosophes du siècle, qui vous conduiroient à la mort, éloignez de vous tous les usurpateurs, sous quelque titre qu'ils se présentent, archevêques, évêques, curés; n'ayez rien de commun avec eux, sur-tout dans l'exercice de la religion. Soyez toujours dociles à la voix de vos pasteurs légitimes qui vivent encore, ou qui dans dans la suite seront appelés à vous gouverner suivant les formes canoniques. En un mot, attachez-vous au saint-siège; car pour être dans l'église, il faut être uni à son chef visible, & tenir fortement à la chaire de Pierre; & afin que vous soyez plus puissamment excités à remplir vos devoirs, nous demandons pour vous au père céleste l'esprit de conseil, de vérité & de constance; & nous vous donnons, nos très-chers fils & nos vénérables frères, comme un gage de notre tendresse paternelle, notre bénédiction apostolique. A Rome, à S. Pierre, le 13 avril de l'année 1791, la dix-septième de notre pontificat.

Signé P I E.

aubryille